

- Cum Dominatio antiquitus prouiderit pro statu terre, quod rectores, qui fiunt postquam promiserint regimina, uel postquam erunt in regiminibus, non possint refutare sub pena non possendi eligi ad regimina per tantum tempus, quantum stare debuissent in regimine reffutato, et hoc fuerit dignum et iustum, ut regimina stent furnita rectoribus suis; et sepe rectores electi reffutant, postquam promiserunt, uel dum sunt in regimine suo, petendo de gratia, quod non obstante reffutacione, possint eligi ad regimina, quod redundat contra intencionem Domini, quod uoluit ut pro sua reffutacione portent aliquam penam; uadit pars ut intencio Domini obseruetur, quod de cetero si aliqui rectores refutauerint, postquam promiserint, uel postquam erunt in regimine, incurrant penas ordinatas per terram et per consilia. Sed non possit eis concedi quod possint eligi ad alia regimina, sub pena librarum centum pro quolibet consiliario et capite, et quolibet alio ponente partem in contrarium.

31

Καπιτουλάριον τοῦ λιμενάρχου Χανίων

Ὁ διοριζόμενος εἰς τὴν θέσιν ταύτην ὀφείλει νὰ τηρῇ τοὺς ὅρους τοῦ καπιτουλαρίου τοὺς ὁποίους οὐδεὶς ἔχει τὸ δικαίωμα νὰ μεταβάλῃ, πλὴν τοῦ Μείζονος Συμβουλίου Βενετίας. 1349, Ἰανουαρ. 4.

Ὁρκος

Ὁρκίζομαι, ἐγὼ λιμενάρχης Χανίων, εἰς τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, ὅτι θὰ ἐνεργῶ πρὸς τὸ συμφέρον καὶ τὴν εὐημερίαν τῆς πόλεως Χανίων καὶ τὴν δόξαν τῆς Δουκικῆς Αὐθεντίας, ὅτι θὰ τηρῶ καλῇ τῇ πίστει καὶ ἄνευ δόλου πάντα τὰ εἰς ἐμὲ ὑπὸ τῆς Αὐθεντίας διατασσόμενα, τόσον ὅσα κατωτέρω καθορίζονται ὅσον καὶ ὅσα μετὰ ταῦτα ἤθελον προστεθῇ κατ' ἀρέσκειαν τῆς Αὐθεντίας.

Τὰ ὑπὸ τοῦ ὅρκου καθοριζόμενα

- 1ον Μετ' ἐπιμελείας θὰ προσπαθῶ νὰ πληροφοροῦμαι τὰ νέα τοῦ λιμένος Χανίων, καθ' ἐκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν παρ' οἷου δῆποτε λέμβου ἢ πλοίου ἐρχομένων ἔξωθεν, καθὼς καὶ πάντα ὅσα θὰ ἡδυνάμην νὰ προβλέψω ὅτι ἤθελον συμβῇ καὶ θὰ ἀναφέρω ταῦτα πρὸς τὸν κύριον ρέκτορα καὶ θὰ προσπαθῇσω ἐπιμελῶς νὰ ἐκτελέσω πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ διατασσόμενα.
- 2ον Μετ' ἀκριβείας καθ' ἐκάστην πρωΐαν θὰ μεταβαίνω εἰς τὸ παλάτιον θὰ συνοδεύω τὸν ρέκτορα εἰς τὴν λειτουργίαν καὶ θὰ ἀναφέρω ἐὰν ἔχω τι.
- 3ον Ἐπιμελῶς καὶ ἐπισταμένως θὰ ἐρευνῶ τὰ πλοῖα καὶ τοὺς λέμβους τοὺς προσορμιζομένους εἰς τὸν λιμένα Χανίων, δὲν θὰ ἐπιτρέπω δέ, οὔτε θὰ συναινῶ, ὅπως διὰ τούτων τῶν πλοίων καὶ λέμβων ἐνεργηθῇ ἐξαγωγή παρὰ τὰς διαταγὰς καὶ τὰς προκηρύξεις τῆς Αὐθεντίας.
- 4ον Δὲν θὰ ἐπιτρέψω εἰς οὐδένα νὰ προσορμισθῇ ἐκ λιμένος, ἐκ τοῦ ὁποίου δὲν ἡδύνατο νὰ ἐξέλθῃ, μέχρις ἀδείας τῆς διοικήσεως, τηρῶν τὰ ἔθιμα ἐκείνων οἵτινες δὲν δύνανται νὰ ἐξελθῶσιν ἐκ τῶν λιμένων ἄνευ τῆς σφραγίδος τοῦ ρέκτορος.
- 5ον Ἐάν τις ἤθελε προσπαθήσῃ νὰ εἰσέλθῃ ἢ νὰ ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ λιμένος Χανίων μὴ εὐρισκόμενος ἐν τάξει, θέλω ἀναφέρει τοῦτο τὸ ταχύτερον εἰς τὸν ρέκτορα.
- 6ον Δὲν δύναμαι νὰ ἔχω μερίδιον δι' ἐμὲ ἢ διὰ τρίτον εἰς λέμβον ἢ πλοῖον, οὔτε νὰ ἐμπορευόμην σχοινία, κολοφώνιον, στυπίον ἢ ἄλλο τι ἀναγκαῖον διὰ πλοῖα ἢ λέμβους.
- 7ον Θὰ ἐπιμελοῦμαι νὰ διασώζω καὶ νὰ φυλάττω ὅλα τὰ ὄπλα, σιδηρικά, σχοινία καὶ ἄλλα ἀνήκοντα



εἰς τὴν κοινότητα σχετικὰ πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν. Θὰ τηρῶ δὲ τετράδιον εἰς τὸ ὅποιον θὰ καταγράφω ὅλα τὰ ἀνωτέρω ὡς ἀνήκοντα εἰς τὴν κοινότητα καὶ θὰ διατηρῶ ταῦτα καλῇ τῇ πίστει, ὡς ἐμπιστευθέντα εἰς ἐμέ, ἄνευ δόλου, χωρὶς νὰ ὠφελήσω φίλον ἢ νὰ ζημιώσω ἐχθρὸν καὶ χωρὶς φόβον ἢ πάθος.

Capitulare admirati Canee

Millesimo trecentesimo XLVIII, die IV Januarij.

Juro ego admiratus Canee ad Euangelia Sancta Dei, quod procurabo proficuum et bonum statum terre Canee et honorem Ducalis Dominacionis, et obseruabo bona fide sine fraude omnia et singula mihi per dominationem commissa, tam inferius specificata, quam in posterum iniungenda ad beneplacitum dominationis.

In primis sollicite procurabo ad portus Canee omni die et omni hora opportuna scire noua, de quibuscumque barchis, seu lignis, aut navigijs de foris uenientibus et omnia noua, que potero presentire facientia ad rellatum de presenti, seu quam cicius fieri poterit ea notificabo domino rectori; et totum et quicquid sibi placuerit ordinare, procurabo toto posse effectualiter adimplere.

Item sollicitus ero omni die in mane uenire in palacium et sociare dominum rectorem ad missam. Et si quid notificandum fuerit, notificabo prout fuerit opportunum.

Item studiosus ero diligenter perquirere ligna et barcas recedentes de portu Canee, nec dimittam, uel consenciam aliquid de hinc cum dictis lignis seu barchis, aut navigijs extrahi contra ordines et banna Dominationis.

Item non dimittam aliquam personam recedere de portu, que exire non debeat, absque licentia Dominationis obseruando consuetudinem illorum, qui non possunt exire sine bulla domini rectoris, quod habeant dictam bullam more solito.

Item si aliqua persona inordinate accesserit, seu inordinate opresserit de portu Canee, quam citius fieri poterit, denunciabo domino rectori. Et nihilominus teneat obviare preffatis toto posse ne talia incurrant.

Item non possum per me uel alium habere partem in aliqua barcha, seu ligno, neque mercationes facere, seu fieri facere per me, uel alium de sartijs, pegola, stupa, neque de aliqua alia re necessaria pro dictis lignis, seu barchis pro mercando, ut adoperentur in predictis lignis, seu barchis modo aliquo uel ingenio.

Item studiosus ero recuperare, habere et saluare, ac custodire omnia arma, feramenta, sartia, et alias res Communis pertinencia ad nostrum officium, et habere debeam unum quaternum in quo omnia predicta arma et alia Communis sint per singula annotata.

Predicta omnia et singula et quecunque mihi per Dominationem fuerint iniuncta obseruabo bona fide, sine fraude, amicum non iuuabo neque inimico nocebo odio, uel timore precio, uel amore etc.

